

## Universitätsbibliothek Paderborn

**L. Annæi Senecæ Philosophi Opera, Qvæ Exstant Omnia**

**Seneca, Lucius Annaeus <Philosophus>**

**Antverpiæ, 1605**

Ad ΑΠΟΚΟΛΟΚΥΝΤΩΣΙΝ Clavdii Csaris, Notæ Nic. Fabri Senatoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53700](#)

A D ΑΠΟΚΟΛΟΚΥΝΤΩΣΙΝ  
 CLAVDII CÆSARIS,  
 NOTÆ NIC. FABRI  
 SENATORIS.

1. **V**ICTORIS, tituli, & temporis,  
 quo scriptus est hic festiū sūmūs lī-  
 ber, fidem facit Dio ad finem lī-  
 bri LX.

2. TEMPORE SOMNI.] Qui-  
 dam veteres cornua somni: quam  
 lectionem viri magni secuti & interpretati sunt. li-  
 dem etiam tentarunt sequenti versū legendum, au-  
 gebat Cynthia lychnum, sed repugnantibus mem-  
 branis.

3. ACQVIESCVNT ONERI POETÆ.] Veteres  
 codices habent omnes poëtae.

4. NEC VMQ VAM MERITVM, VT TAM-  
 DIV.] Vetus codex, Nec vñquam tam crucia-  
 tus eslet.

5. OMNIBVS ANNIS, OMNIBVS MENSIBVS.]  
 Quidam veteres habent omnibus annis, mensibus:  
 ali, omnibus annis, omnibus mensis esserunt.

6. BRITANNOS TOGATOS VIDERE.] In cete-  
 ris editionibus hæc inferuntur, Britannos, Sauroma-  
 tas, & si qui ultra glacialem Borealem incolunt bar-  
 bari, togatos videre. quæ à sex, quos contuli, codici-  
 bus absunt, & à suis abesse notarunt tres doctissimi  
 viri, qui in hoc fragmenum scripsere.

7. ALTER BABÆ.] Is est fortasse, de quo Epist.  
 15. notissima illis temporibus fatuitatis.

8. OMNIA CERTE CONCACAVIT.] Addunt  
 cetera editiones, nec post boleum opipare condic-  
 tum, plus cibi sumptus. Qua tamen lectio ab omnibus  
 scriptis exemplaribus absit. Et sanè fuisse nimis  
 impudentia si voluit Agrippina, vel si novit, confi-  
 dentia parricidium veneficio commissum prouulgare.

9. QVÆ MEMORIÆ PUBLICVM G A V D I V M  
 IMPRESSERVNT.] Non video cur hec lectio boni  
 & elegantis sensus, quam omnes notarunt in suis ex-  
 flare manu scriptis, quāque in meis planè scriptam  
 inueni, mutari debuerit.

10. MARCI MUNICIPEM VIDES.] Beatus Rhe-  
 nanus vir rariſſima doctiina, qui litteris renacen-  
 tibus plurimū contulit, censuit legendum Munatij  
 municipem vides. Non sine ratione. Veterem tamen  
 lectionem conatur interpretari magnus Turnebus  
 Aduers. cap. 4. lib. 26. Porro Licinius, quem Lugdu-  
 ni regnasse dicit, is est qui, ut ait Dio lib. 54. in Gal-  
 lia, & loco eius ipso Barcarinū, aegrotus dicitur agri-  
 ppina, πάντα τὸ κρέπτον φοτε ἀπό νομοθε-  
 ναδησι, πάντα τὸ εὐ πάροντι ιοχυπὸν ηφαίλε, &  
 que sequuntur, qui etiam cum quoddam tributum  
 quo mensibus à Gallis penderetur, annum quatuor-

decimū mensum effecit, dictans homo acutus Decem-  
 brem mensū decimum esse, nec ultimum duodecim  
 mensum, quibus annus constaret, esse posse, sed duos  
 necessario cum sequi. quod quid est regnare, si hoc  
 non est?

11. NOTOREM PETISSET.] Notorem interpre-  
 tor eum, qui ignoti notitiam dat, γνωσθεῖται. Suprà in  
 Epistolis, qui notorem dat, ignotus est: & Xeno-  
 phon lib. 6. Κύρου παραδιατα, οὐ δὲ τις χρημάτων  
 περισσοδιάδην νομίζειν εἰπολόν, γνωσθεῖται μόνον προ-  
 σαγαγών καὶ ἐγκατάτα ή μή παρανοίαι σὺν τῇ σερ-  
 τᾳ, λαμβάνεται ὡς ημίτιτρον: id est, notores ad-  
 ducat. quod non admonuissim, nisi vidissim doctos  
 viros, qui in hunc librum scriperunt, itēque qui  
 locum Xenophontis Latinè reddere, conati sunt ad  
 hac vocabula impegiſſe.

12. CIVIS MENSEM.] Viri docti legerunt  
 mensem ex conjectura, sed fruſtrā: ita enim nō ſer  
 auor epift. 18. conqueritur olim fuisse mensem De-  
 cembrem: nunc autem annum eſſe. Porro hac tria vo-  
 cabula Saturnalia eius princeps, qua in omnibus ex-  
 emplaribus habentur, ex glosā ſunt, & merito à Ro-  
 manā editione abſunt.

13. ILLVM DEVVM AB IOVE.] Cuius-cuius  
 hec verba ſint, ſunt censentis Claudium inter Deos  
 non recipiendum ab Iove maximè, quem ipfe Clau-  
 dius eius imitatorem Syllanum dannando, quantum  
 in ſequi, dannauit incerti. Porro veterem lectionem  
 ad viuum expreſſi, niſi quid qui quantum in eo  
 fuit habet, in quā illam commixtā retinentiam  
 Oro pet, qui non intellexerunt, Oropen effe-  
 runt: at Syllani ſoror non Oropē, ſed Iunia Caluina  
 dicta eſt. Tacit. lib. 12. quem vide.

14. QVARE, IN QVIT, QVÆRO ENIM.]  
 Hæc eſt codicum veterum lectio, recta fortasse, mihi  
 quis malit legere ſtudet. veteres enim omnes ſtude-  
 bant. Studere autem eſt amare, atrox d' ē. Porro  
 quod ſequitur de ſororum connubio, ex pulcherrimo  
 Philonis loco, πηρὶ τῷ εὐεργετιώματι, facile intelli-  
 gitur. ὁ μὲν Αἴσανθος, inquit, Σόλων διοικητίους δι-  
 δελφάς εἶπεν ἔχειν, τὰς ὄμοιωτρους ἐπιλαυτεῖν ὁ  
 δὲ Λακεδαιμονιῶν νομοθετής ἐπωταλη, ὃ εἴτι τὰς  
 ὄμοιωτρους γάμους ἀποτέλεσ, ὃ τῷρε τὰς ὄμοιω-  
 τρους ἀπέτελε. ὁ δὲ τῷ Αἴσανθῳ ὁ χλιδαῖος τὸ  
 ικατάρωπον λαβεῖν, οὐ πρεργαδικαττοῦμεν, εὐ-  
 φόρος εἰς αὐτοὺς εἶναι διπλοῦ διαδρόμος διεπι-  
 πόλεων καὶ σωματιῶν, καὶ ψυχῆς αὔρατιας, καὶ  
 θεραπεύας αὐτοῖς αὐτοῖς αὐτοῖς.

15. HIC NOBIS CURVA CORRIGIT.] Plin.  
 Iun. Epift. vlt. lib. 5.

TT

16. NEC

16. NEC DISPUTARE.] Deest fortasse verbum licere, aut tale aliquid: vel potius, ut magno iudicio censem P. Pithaeus, legendum, extra curiam morantibus, non intra.

17. I AM FAMA NIMIVM FECISTI.] Sic habent veteres, corrupte tamen, ex quo effecerunt, iam fama mininū fecit. Proprius ad scriptam lectionem erit, si iam fama minui fecisti legamus. Que autem sequebantur, & iam pessimum quemque illum affectare, a veteribus absunt.

18. VICE POTÆ FILIVS.] Sic planè legendum, ut in diobus manuscriptis codicibus, altero meo, altero eruditissimi P. Pithaei scriptum legi omisso diphthongis, quas scè recentiores transcriptores neglexerunt. Huius Vice Potæ, sive Dei, sive Deæ, ut numero obsoletum, ita apud auctores obliteratum pènè nomen est. Primum id corruptum latere apud Cic. lib. 2. de Leg. itemq. apud Linium, & Plutarchum, me docuit vir clarissimus atque ornatusissimus Hericus Memmius, prolatisq. quibus instructissimam habet bibliothecam manuscriptis exemplaribus probauit. Ciceronis locus ita vulgo habetur: Quod si fingenda sunt nomina vice poëtæ, & potius vincendi potiundique: que sequuntur. Manuscripta vero sic exhibent: Quod si fingenda sunt nomina, Vice Potæ potius vincendi, potiundique, statlandi, que cognomina statoris, & inuidi Louis, rerumque expertendarum nomina, &c. quomodo etiam legit codex antiquus qui aliquando fuit F. Petrarca, nunc autem amicissimi F. Pithaei P. fratribus verè in litteris Castorum. Rectius tamen fortasse leui mutatione legamus: Quod si fingenda sunt nomina, Vice Potæ potius vincendi potiundique, statlandique cognomina statoris & inuidi Louis, rerumque expertendarum nomina Salutis, Honoris, Opis, Victoriae. Atò xoyò enim repetendum est, fingenda sunt, idq. verum esse ex præcedentibus cinq. pasebit. Linius etiam lib. 2. de domo Poplicola loquens scribit, Delata confusum materia infra Veliam est, vbi nunc Vice Potæ est. Plutarch. in Popl. de eadem re, narrat ne vocet oīkiai è mēnū, ut ē teōgō òποι vñ ipòv īgv̄ ēmāz τοναç ὀνομαç οἰδηροv. Vulgo legitur apud Linium, vbi nunc vicus publicus est: & apud Plut. ὅτε vñ ipòv īgv̄ εἰσὶν ἡ ἡλιαç ὀνομαç οἰδηροv, malo exemplo contra veteres, & rationem. Templum enim nominari vicum publicum absurdum est, & ut Rome fuerit vicus publicus, istamen non templum erat, ne infra Veliam, aut in foro Romano VIII. urbis regione: sed in VI. que alta semita dicta est. Sex. Russus & Publ. Victor. Nec mouere nos debet quod Plut. Vicam Pocam nominavit, quemadmodum etiam in quibusdam exemplaribus Linij legitur, & in suo exaratum fuisse adnotauit doctissimus Rhenanus. Corrupto enim vocabulo, ita vulgo vocari potuit. Nec enim de mendo Plut. lectio argu potest: cum sex manuscriptis codices Regie bibliotheca, & tres amplissimi illius viri, quorum etiam unus Florentia editus ab Iuniti, anno 1517. summo consensu ita legant. Vice Potæ igitur, seu Vice Poca, vis est & numen vincendi potiundique dicta, quemadmodum Anna Peranna, vis & numen annandi, & perannandi. Vi enim satis non est annare, nisi peranves: ita parum est vincere, nisi victoria potiaris & fruaris: de qua fortasse ab aliis aly innuentur loci.

19. PRÆCIDIIT IUS IMPERII.] Pesimè in editione Romanâ editum perfit ius imperii, contraveteres & rationem. Porro obsceno verbo usurus, quod dicendi magistri viuum esse notarunt, indignationem rei, & Messala auctoritatem excusauit.

20. QUAM CANIS EXTA EDIT.] Veteres omnes legunt, quam canis excidit. Si canis accusandi casu in pluratis accipimus, notat soliditatem Claudi hoc canum supplicio delectati, quod tamen apud ullum auctorem non legi: quare malui cœclaram Rhenani sequi, dum quid verisimilius suppetat.

21. ETIAMSÌ PHORMEA.] Veterem lectionem exprimendam curauit: quæ enim in aliis habentur editionibus, à Rhenano sunt, & toto celo ab iis quæ in membranis innuentur disident.

22. DVAS IVLIAS.] Non amitas, & vulgo legitur. Altera enim Germanici fratri, altera Drusi patruelis ex Linilla, seu Linia Claudi sorore, filia fuit. Suet. in Claud. cap. 29. & Dion lib. LX. unde infra fratribus filiam, sororis filiam inter consanguineos à Claudio occisis recenset.

23. IN NVMERVM DEORVM SE RECIPI CV-PIT.] Post hec vulgo que sequuntur interiecta sunt: Principes pietate & iustitia Di siunt, seilicet hic pius & iustus, quoniam Druydarum immanem religionem aduexit, nostram prorsus extirpauit, vt Romæ nuptiarum sacra essent, quibus ipse, cum sibi Agrippina nuberet, XXX Senatoribus, innumeris Equitibus Romanis maestatis, principium dedit: que vt supposita, ita etiam falsa sunt. Apage enim Senecam nupias Agrippinæ culpasse, eà rerum potiente, à cuius partibus adhuc etiam priuata fautor Germanici domus fletit. Falsum autem tantum stragem Cannensi scè parem nuptiarum die editam. Infra aut triginta Senatores occisos, sed toto imperi tempore, non una nuptiarum die. Denique non Dio, non Tacitus, qui harum nuptiarum historiam narrant, id tacuerint. nec hoc Suetonius dicit, si eius verba, ut res ipsa loquitur, interpongantur, & ut interpongenda docuit Lipsius initio lib. 12. in Tacitum. Lipsius, inquam, cuius laudi & claritatè meis verbis nihil addi potest.

24. SERVVM ME DVCAT.] Lubens delerem vocabulum scrum. Id enim per se ducendi verbo significatur.

25. SOCERVVM SVVM APPIVM SYLLANVM.] Contra veteres membranas cetera editiones conficerum legunt, cui lectioni caussam dedit Suetonius: verumtamen scriptorum librorum auctoritatem eà ratione preluli, quia supra dixit: Occiderat ille socerum, hic & generum: & infra inter consanguineos à Claudio occisos, socerum recenset, quia non nisi de hoc Appio intelligi possunt. Erat autem Appius Syllanus Claudi socius & conficer: socer quidem, quia Messaline virtricus. Dio lib. LX. conficer, qui pater L. Syllani Octaviae sponsi.

26. IN GENTI ENIM μεγάλη ψόφια ΝΑΝΙΑ.] Veteres qui Graeca scripture vestigia retinuerunt, legunt, ΜΕΓΑΛΩ ΚΟΡΙΚΟΝΕΙΑ.

27. CORDATVS HOMO.] Omnes veteres Cordatus Iano. quid hoc sit, scient fortasse aly.

28. VIAM

28. VIAM RECTAM.] Omnes veteres Viam rectam legunt, quam via denominationem numquam apud antores legi: recta est mentio apud Mart. ad finem lib. 8.

29. NITIDVS VT ERAT A BALINEO.] Cur hec dicat, vide Dionem ad finem lib. LX.

30. Εὐχειρός, συνχειρόδη.] Sollennia verba sunt proclamari solita in Osiris sacris Deo inuenito. Jul. Firmicus de error prophan. relig. statim initio, & commentarius antiquus à nostro Pitheo luci datus in Iunenal. Sat. 8. Apud quos tamen patius legerem συνχειρόδη, ut hīc habetur, per o. quam per o.

31. COTTA TECTVS, VALENS.] Fortasse Cotta Vectius, Valens. is enim summus orator & medicus inter Alessandina adulteros insu Narcisi duetus est. Plin. cap. I. lib. XXIX. & Tacit. ad finem XI. Cotta autem apud eundem Tacitum non Tectus, sed Messallinus dicitur.

32. POLYBIUS, MYRON.] Sic veteres melioris note hac representant, ut edidi. Quidam pro Myrone, Mytonem, & Heronatem pro Pheronate ponunt, & ad finem, necubi imperatus esset, vel, ne nisi imperatus esset. Aut autem Claudium illos suos libertos præmisit, ne apud inferos impatus esset, quia sine suis libertis nihil penitus facere, loqui, vel respondere poterat, craticque, ut ait Iulianus Imperator in Caesaribus: τοτὶ δὲ Καγοδιαδοροφέρουσα, μηδέ τι διο φάναι, ρητή αὐτον. Postremo autem lectio ferri potest, ut notet eum libertorum imperii obnoxium, unde dictus est Saturnalia toto anno celebraſſe.

33. Εἰς τὰ Δοἱ.] Vetus unus hunc versum disserit sic scriptum habet, αἴτε τὰ Δοἱ τὰ ἑπτά, διὰν τὸ διάτη γνωτο. & paulo infra omnes veteres legunt: si vni Dij laturam fecissent, & ad finem, ut à cognitionibus abesſet.

## BEATI RHENANI SELESTADIENSIS,

IN LV DVM

### L. ANNÆ I SENECAE DE MORTE CLAVDII CÆSARIS,

#### Scholia.

**D**AC. 763. a. QVID ACTVM SIT.] Clavdatus Cesar, Drusus Germanici filius, qui Caio proxime succedit, talem egit principem, ut neficias stultior ne fuerit, ac crudelior. Hunc Annas Seneca hoc libello, quem Ludum de morte Clavdi Cesaris inscripsit, mire taxat, & suis (quod aiunt) coloribus graphice depingit. In causa autem nonnulli suis crediderim, cur sic Clavdium insectaretur, quod sub eo exsulavit. Cuius rei ipse meminit in lib. De breuitate vite ad Paullinum, his verbis de Cesare blandus scule loquens: Nec enim sic me deicit, ut noller erigere: imo ne deiecit quidem, sed impulsum à fortunā, & cadentem sustinuit, & in præcepsum euntem, leniter diuinæ manus vius moderatione deponuit. Haec tenus Seneca. Ceterum cum Agrippina Claudio nupsisset, ne malis tantum facinoribus innocesceret, veniam exsilię pro Anno Senecā, simul prætutram impeirat, letum in publicum rata ob claritudinem studiorum eius, utq. Domitij puerita tali magistro adolesceret, & consilii eiusdem ad spem dominacionis viceretur: quia Seneca fidus in Agrippinam memoriam beneficij, & infensus Claudio dolore iniuriae credebatur. Hac Tacitus.

Ibid. IN CÆLO.] Ridicule caput, pollicens se traditurum, que in celo ante diem tertium Eridus

Octobris acta sunt: quasi illuc sint Kalende. Sic Hormerus subinde describit, quid interea dī fecerint in celo. locus est ex imitatione: nam ita exordimur Annales.

Ibid. ANTE DIEM TERTIVM.] Excessit enim Clavdius tertium ante Eridus Octobris, Afranio Marcello, Acilio Auio, Coss. LXXIV. etatis, imperij XIV. anno. Ac veneno quidē occisum conuenit: ubi autem, & per quem dato, discrepat. Aut̄or Tranquillus & Tacitus. Eridus autem per ci diphthongum Græcam scriptum est: quā ctebantur antiqui in his, que i extensem habent. id quod in vetustis inscriptionibus etiam num visitur.

Ibid. FELICISSIMI.] Ob Clavdium sublatum.

Ibid. b. EGO SCIO ME LIBERVUM FACTVM.] Innuuit tyrannidem Clavdi, vel optimis optima cum loqui tum agere prohibentis.

Ibid. AVT REGEM, AVT FATVVM.] His stultitiam Clavdi nota: neque id falsò. Nam mater Antonia portentum eum heminis dictitabat, nec absolutum à naturā, sed tantum inchoatum: ac si quem fōcordie argueret, stultiorem siebat filio suo Claudio. Ania Augusta pro despectissimo semper habuit: non affari, nisi rariſſime; non monere, nisi acerbo & breui scripto, aut per intermissiones solita. Soror Liuilla cùm audisset quandoque imperaturum, tam iniquam, tam